

Ziber

Ambrosia nagi nominis est: & circa alias herbas fluctuans: fruticē unū habens densum ramosum tenuem: triū fere palmoꝝ. Tertia parte radice breviore: foliis rutae: circa imum caulem in ramulis se men est uuis dependentibus odore: uinoso: qua de causa botrys a quibusdā uocatur ab aliis artemisia. Coronatur illa cappadoces: Vſus eius ad ea quæ discuti opus sit Anonin quidam ononida malūt uocare ramosam: simile fœnograe: comisi fruticosior hirsutiorq; eset: odore iucudo. post uer spinosa. Estur etiā muria condita. Recens uero margines ulceꝝ erudit. Radix decoquitur in posca dolori dētiū Eadē cū melle pota calculos pellit. Comitialibus datur in oxymelite decocta ad dimidias. anagyros quā aliqui acopon uocant: fruticosa est grauis odore. flore oleris: semen in corniculis nō breuib⁹ gignit simile renibus. quod durescit p mesles. Folia collectiōibus iponuntur: difficulter q; pariētibus adalligantur. ita ut a partu statim auferantur. Quod si emortuus hæreat: & secundæ mensē q; morēt drachmæ pondere bibuntur in passo folia. Sic & suspicioſis dantur. & in uino ueterē ad phalangioꝝ mortus. Radix discutiēdis cōcoquēdisq; adhibetur. Semē cōmaudatū uomitiōes facit. Anōymos a nō iueniēdo noie nomē iueuit. Affertur e scythia celebrata Hicesio nō paruæ auctoritas medico. itē aristogeton in uulnerib⁹ præclara ex aqua tusa & imposita. pota uero māmis præcordiisq; pcus. sis. item sanguinē excreantibus. putauerunt & bibendam uulneratis. Fabulosa arbitror quæ adiiciūt recente ea si uratur: ferrū aut æs ferruminari:

De aparine: & arctio: & asplenio: & asclepiade: & astere. uel buborio: & ascyro: uel ascyroide: & phace: & de alcibiox: & alectrolopho.

Cap.y.

Omphalocarphō
Diosc.

Aparinen aliqui omphacocarpon: alii. philantropon uocat: ramosam hirsutā. quinis senisue in orbē circa ramos foliis per interualla. semen rotūdū dux. concavū. subdulce. nascitur in frumentario agro. aut hortis. pratifue: asperitatē ēt uestiū tēaci: Efficax cōtra serpētes semie poto ex uino drachma. & phalangia. Sanguinis abūdantiā ex uulneribus imprimūt folia iposita: sucus auribus infunditur. Arction aliqui potius arcturū uocat: similis ē uerbasco foliis. nisi q; hirsutioſa sunt. caule lōgo molli: semine cymini. nascitur in petrosis. radice tenera: alba. dulciq;. Decoqtur in uino ad dentiū dolorē. ita ut cōtineatur ore decoctū. Bibitur pp̄ter ischiada & straguriā e uio: ambustis iponit & pemionibus. Fouentur eadē cū radice semine trito i uino. Asplenū sūt qui hemionō uocant: foliis tridentalibus multis. rimosa. cauernosa. sicut filicis candida hirsuta. nec caule nec florē nec semē habet. nascitur in petris parietibus opacis. humidis laudatissima in creta. Huius foliorū iure in aceto decocto per dies xl. poto lyenem absumi aiunt. Et illinūtūr. eadē aūt sedāt singult⁹ nō dāda fœminis quoniā sterilitatē facit. Asclepias folia hederæ habet ramos lōgos: radices nūerosas: tenues odoratas floris uirus. graue. semen securidace. nascitur i montib⁹. Radices tormonib⁹ medētut & cōtra serpētiū ictus nō solū potū sed etiā illitū. after ab aliquibus bubonion appellatur quoniā in guinū præsentaneū remediū est. Cauliculus foliis oblongiis duobus aut trib⁹ in cacūne capitula stellæ modo radiata. Bibitur aduersus serpētes. Sed & ad iugunū medicinā. sinistra manu decerpī iubēt & iuxta cinctus alligari. prodest & coxendicis dolori adalligata. ascyrō & aschiroides similia sunt i ter se Hyperico. sed ascyrōn maiores habet ramos. qui ascyrōides uocantur semilaceos oīno rubētes capitulis paruis. luteis. Semen in caliculis pusillū nigrū resinosū. Comæ tritæ uelut cruentatae. Qua dā quidam hāc androsem̄ non uocauere. Vſus seminis ad ischiadicos potus duab⁹ drachmis in hydro melitis sextatio. aluū soluit. Bilē detrahit. Illinitur & ambustis. aphace tenuiā admodū folia habet: pusillo altior lenticula est. Siliquas maiores fert. in quibus terna aut quateina semina sunt nigriora & madidiora & minora lenticula. nascitur in anis. natura ei ad spissandū efficacior q; lenti. Reliquo usū eosdē effectus hēt stomachi aluiq; flunctiones fistit semē decoctū. alcibion qualis eset hærba apd auctores nō repperi. Sed radicē eius & folia trita ad serpētis morsus imponi & bibi iubēt. folia quātū manus capiat trita cū uini meri cyathis tribus. aut radicē drachmaḡ triū pōdere cū uini eadē mensura alectrolophos quæ apud nos crista dicitur folia habet similia gallinaceæ cristæ plura. caule tenuē & semen nigrū in siliquis. Vtilis tussientibus cocta cū faba fressa melle addito. & caligini ocnlo rū Solidū semen coniicitur in oculum. nec turbat. sed in se caliginem cōtrahit. Mutat colorē. sed ex nigra albicare incipit: & intumescit. ac per se exit.

De alo. Cap.yi.

Alū nos uocamus. græci symphyhton petreū. simile cunilæ bubulæ. foliis paruis. ramis trib⁹ aut quattuor a radice: cacuminibus thymi. surculosum odoratum. gustu dulce. saliuā ciēs longa radice. utila. nascitur in petris. ideoq; petreū cognominatum. Vtilissimum lateribus. lyēnibus. renibus. torminibus pectoribus. pulmonibus. sanguinem reiicientibus. fauibus aspernis. Bibitur radix trita & in uino decocta. aliquando superlinitur. Quin & commāducata sitim sedat præcipueq; pulmonē refrigerat. luxatis quoq; imponit & conuulsis. lieni interaneis. Aluum fistit